

DIAGNOSES

PLANTARUM NOVARUM

PRÆSERTIM

ORIENTALIUM

NONNULLIS EUROPÆIS BOREALI-AFRICANISQUE ADDITIS.

SERIES SECUNDA.

Nº 1.

AUCTORE

E. BOISSIER,

Soc. Phys. GENEV. SODALI.

NEOCOMI.

TYPIS HENRICI WOLFRATH.

—
1853.

et *S. pentandram* quasi intermedia sed petala acuta et characteres hujus speciei.

Hab. in ditione *Affghanistan* (cl. Griffith N° 1629), *Beloutschistan* (cl. Stocks), in insulis *Canariensis* (Bourgeau exs. 1845 N° 410).

SPERGULARIA FIMBRIATA Boiss. et Reut.

Sp. perennis rhizomate incrassato caules numerosos basi suffrutescentes ramosos prostratos dein ascendentis ramosos edenti, ramis tuberculatis, stipulis scariosis argenteis e basi ovata longè acuminate acutissimis folii tertiam vel dimidiam partem aequantibus, foliis glabris carnosis angustè linearis-subcylindricis sèpè flexuoso-curvatis in mucronem acerosum tenuissimum folii diametrum sèpè aequantem abruptiusculè abeuntibus, axillis fasciis foliorum stipularumque minorum edentibus, racemis terminalibus tandem laxiusculis brevibus infrà basin tantùm foliatis ad basin pedunculorum stipulas e basi ovata longè et tenuissimè setaceas gerentibus, pedunculis glanduloso-puberulis tandem patulo-subdeflexis calyce 2-3plò longioribus, sepalis hirsuto-glandulosis oblongo-lanceolatis obtusiusculis albo-marginatis (in sicco) basi elevatim trinerviis, petalis roseis rariùs albidis oblongo-lanceolatis acutis calycem superantibus, staminibus decem, capsula calyce paulò breviori, seminibus paucissimis apteris exceptis compressis planis lèvibus alà circulari eis subæquilità profundè fimbriato-multifidâ circumdatis.

Arenaria fimbriata Salzmann pl. exs. MSS.

Hab. in arenosis maritimis circà *Gibraltariam* (Salzm.), *Gades* herb. Fauchè! Ball !), *Tingidem* (Boiss. et Reut.), et insulas *Canarienses* (Bourgeau ad *Teneriffam* N° 6 et *Lancerottam* N° 502).

Caules 5-10 pollicares, folia 7-9 lineas longa, in speciminibus *Canariensis* etiam longiora et tenuiora. Flores et capsulae magnitudinis eorum Sp. mediae et marginatae quibus affinis est sed a quibus eximiè differt caulibus inferne magis suffrutescentibus, foliis tenuioribus longè mucronato-acerosis nec muticis submuticisve, stipulis elongatis acuminatis, sepalis hirsutis trinerviis nec subenerviis, petalis acutioribus elongatis calycem superantibus plerumque roseis, aliis seminum non tantùm denticulatis sed profundi fimbriatis.